

præstare videtur, cum amuletum sit omnium venenorū, ad quid intus in corpore alio graviori veneno uti aut cibo magis horrido, aut antidoto periculosiori? nisi ~~ascesor~~ Nicandro aspis sit, eo enim cum viperā uti videatur, ut infra apparebit, sed ab Andromacho rejectum, quale sit re vera mihi cum multis incomptū adhuc est.

QUIS AUCTOR PRIMVM
*carne Viperina in Theriaca sit
 usus.*

CAP. XII.

Rofectò Galenus,
 & Auctor ille ad
 Pisonem, si quis a-
 lius sit, uni tantum
 Andromacho in
 Theriacæ confe-
 ctione, quæ antea
 sine viperis parabatur, vipereos pa-
 stillos

64 DE VIPERAENATURA

stillos acceptos & permixtos refe-
rant, quod quidem verum non esse
nemo diffiteretur, nisi contentiose
agere vellet, ipse enim primus in ea
quantitate probari apponi excogi-
tavit, eoque modo præparari, ut e-
tiam nunc utimur, jussit, verum ab ip-
so Nicandro primùm Viperæ usum
didicisse, velit, nolit, Andromachus
confiteri cogeretur. Nicandri enim
in Theriacis, uti omittamus græca
carmina, latina tantum referamus:

Semina quin capias dissecta ex hippofelins,
Drachmarumque duūm, myrrhæ addes pon-
dus amaro.

Detonsum & granum quod munit aristâ cu-
mino

Certa lege librans, & echidnam, aut astata
miscens.

Sunt sorbenda tibi cyathis permista Lyæi.

A principio pro emplastro ad ve-
nenum exugendum caput Viperæ
vulneri superadditum fuisse paulò in-
fra apparebit.

Vipereum jecur potatum sæpè meraco,
Profuit in schedio, caput aut lugubris echidnae
Limphis est dandum stillis immanis jacchi.

Hic

Hic capita Viperarum intus Nicander exhibet cum vino, quod Plinius non recipit, verum idem ictibus contusum imponit utiliter. Patet igitur ex his Andromachum Theriacam cum carne Viperæ, eo modo quo nunc utimur primum immiscuisse, & in abusum abiisse. Ab Antonino Imperatore revocatum usum ferunt, id quoque munus rectè conficiendi regia Antidota, primum Demetrio, deinde Archiano, quo mortuo Claudio Galeno demandatum fuit, & tam frequens ejus usus Romæ invaluit, ut omnes sciret Ubi primates studiosissimè domi præparerent, quod facilè ex Galeno libris de Antidotis appareat, & ex eo quoque libro ad Pisonem, & altero ad Pamphilianum constat. Sed hinc ad quingentos ferè annos ad tantam dissiuetudinem venere Viperæ, ut non à cæteris serpentibus dignoscerentur, id quod plene colligitur, ex duobus Nicolai Leoniceni libellis, & ex Francisci

66 DE VIPERÆ NATURA

cisci Caballi Brixiani opusculo, & ex aureo Ambrosii Leonis Nolanili-
bro. Hi omnes sui temporis, hoc est,
superioris seculi cæcitatem deplora-
runt, & omnia in abusum abierunt, &
illius quoque temporis ignaviam de-
testantur. Neque etiam Theriacam,
quæ mirificas facultates haberet, i-
gnoratione Viperæ & aliorum me-
dicamentorum, tunc confidere ritè
potuissent, & inutilis ferè erat si para-
batur. Si basis Theriacæ sunt Viperini
pastilli, & illi ipsi rectè confici non
valebant ignorata viperæ, ad reliquos
serpentes Arabes occurrebant. Sed
his cæcos oculos N. Leonicenus ape-
ruit primum omnium, & aliis nisi erro-
rem præcognovissent in eisdem te-
nebris versati fuissent, & multi perti-
naciter errassent, atque perstitissent,
ut tam efficax remedium toto suo
corpore excellens diutius retarda-
rent, quod corpore toto, carne, pelle,
oleo, ossibus, pinguedine, pulvere,
aut cinere, laquacis, pastillis, & antido-
tis,

tit, vino quoque, & salibus mirificè
prodest; sed hoc naturæ dono scitum,
quæ cuncta gignit, & suo gremio
complectitur, ad hominum salutem
notum esse voluit, & oblata occasio-
ne cuin experientia cognitum; velu-
ti, quis potuit marinos sciones, ut vo-
cant, osseo manubrio, seu osse buba-
lino vel annulo, statim rotundi, aut
vinci, nisi experientia? & occasione
experiencie oblata à divina provi-
dentia, quæ nobis Aristotele aucto-
re sub casu, aut fortuna tegitur; quis
protulit rutam & citrum venenis
conferrc, nisi eodem propè modo
natura occurrisset? quis docere po-
tuisset, Cacodemona in humano cor-
pore latitare, naturali quodam signo
deprehendi posse, nisi Deus consi-
gnasset nostris animis, ut Argento
vivo optimè expurgato, in arundine
munda occulta, si collo suspensum
defreratur, nigrum fieri, & mirabiliter
immutari dignosci Deus permisisset,
qui ut solem nubibus, aërem imbri-
bus

68 DE VIPERA NATURA

bus, & exhalationibus tetris obscurat, Ita pariter virtutem, salutaria remedia, scientias, artes, bellorum turbinibus dissipari, peste dejici, discordia obscurari permittit; virtutes quoque negligentia obrui. Postremo veritas ipsa diu latere non potest, & à profundo Democritis puto eruditur. De his hucusque satis.

~~~~~  
**QUO ANNI TEMPORE**  
*Venanda, & quam diu retinenda sint*  
*Vipera cum pro antidotis, tum*  
*pro cibis.*

## CAP. XIII.



Ipera vere & autumno, bis scilicet in anno, senectam exuit. Testis est Aristoteles lib. 8. cap. 17. de animalium historia. Excoriari autem cutis ægrotantibus illis,